



**Adami Tanneri E Societate Iesv, S. Theologiæ D. Et In
Academia Ingolstad. Professoris, Theologiæ Scholasticæ
Tomus ...**

Cum triplici Indice

De Fide, Spe, Charitate, Ivstitia, Religione, caeterisq[ue] virtutibus [et]
vitijs: ac varijs hominum statibus. Secvndae Secvundae S. Thomae
Aqvinatis Respondens

Tanner, Adam

Ingolstadii, 1627

VI. De circumstantijs belli personam & tempus concernentibus, an Clericis
atq[ue] etiam diebus festis liceat bellare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72877](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72877)

ut limitat Valentia, postquam inter uallum intercessit, & res iam fuit ab hostibus in turrum locum recepta; quia videtur res quasi neglecta, vel amissae: additum; Sa, ita receptum videri, ut capta a Turcis, prioribus Dominis non restituantur.

Idem (facta tamen quarundam rerum exceptione) decernit ius civile, l. Hostes & l. siquid in bello, ff de captiuis, & Instit. de rerum diuis. § Item ea que ab hostibus. Sed quod ius cum supponat bellum etiam ex parte hostis iustum esse, per se ad Christianorum bella non pertinet, ut fuisse prosequuntur Couaruuias cit. §. 11. n. 7. & 8. & Molina disp. 118 Quod si alicubi lex vel consuetudo aliud habeat, id obseruandum. Hoc certum, si restituantur priorib[us] Dominis, teneri eos sumptum & industria compensare titulo actionis negotiorum gestorum.

ASSERTIO III. Eadem res, si quid recuperatio ipsarum iam deplorata videatur, licet etiam ab hostibus dono aut emptione recipiuntur; at vero receptae prioribus Dominis, si agnoscantur, restituenda; modo isti pretium rationabiliter expensum solvant; ad quod in conscientia tenentur, praedicto titulo actionis negotiorum gestorum. Ita Molina & Couaruuias loc. cit. Et primum patet ex voluntate Domini rationabiliter presumpta.

Secundum probatur ex eo, quia Dominus non perdidit earum rerum dominium; nec ita bono communie est, ut hoc lege vel consuetudine introducatur, sicut alioquin esse posse diximus in casu praecedenti: quamvis nihil dubitet, id absoluere fieri posse. Imo Sa- citatus docet, videri eandem rationem rerum istarum, seu bello & vi, seu pretio acquisitarum; quod facile concederem, si eadem utroque vigeret consuetudo.

Tertium patet ex dictis in simili. Nec refert quod rem bona fide rem furtu ablatam Dominus pretium rependere non debet; non solum quia hoc casu in gratiam Domini res empta non est; sed etiam quia fuit tenetur emptori de evictione, non autem hostis, quem iniquum possessorum fuisse constat.

Habent vero haec, quae diximus, frequentem usum, tum circa res alias, tum circa vasalia sacra, quae Catholicis olim ab hereticis erupta, denuo seu vi & bello, seu pretio recuperata, in Catholicorum manu veniunt, ut recte notauit Molina ibidem. Vbi autem de Domino certo non constat, prudens arbitriatur, iuxta communem doctrinam de bonis incertis.

D V B I V M VI.

De circumstantijs Belli, personam, & tempus concernentibus; an Clericis; an etiam diebus festis liceat bellare.

s. Thomas 2. 2. q. 40. art. 2. & 4.

Quartur primo, an etiam Clericis bellum gereliceat. Statuo sequentia. I. Clericis regulariter suis manibus pugnare non licere, iuxta S. Thomam hic q. 40. a. 2. & communem ex cap. Quicunque clericus, c. Clerici, c. Quicunque ex clero. & cap. Qui ausu. 23. q. 8. iuxta Apostolum 2. ad Timotheum 2. v. 4. Nemo militans Deo, implicatus est negotiis saecularibus: ut ei placeat, cui se probauit. Etsi verius sit, hoc illis solum prohibutum iure humano, ut docent. Bannes hic a. 2. & Molina disp. 108. non diuino &

naturali, sicut post Gratianum & Turrecrematam putat Valentia q. 16. pun. 4. nulla id firma ratione comprobans.

II. Licitum tamen esse Clericis, non solum bellum ludere, & ad illud inducere, si bonum Christiana Reipublica id exigat; sed etiam ex facultate Praelati, saltem presumpta iusto bello interesse, & ad strenue pugnandum, tam in bello, quam ante bellum horari; modo expresse & directe occasio vel deformatio alicuius non suadeatur, ut ex communione docent S. Thomas cit. a. 2. ad 2. & 3. Nauarrus c. 27. n. 217. Molina d. 108. Valentia q. 16. pun. 4. Suarez tom. 5. disp. 47. sect. 6. n. 8. post Gratianum cap. Quicunque ex clero 2. 3. q. 8. conformatum Scriptura Iosue 6. Censetur autem presumpta facultas suppetere, quando eiusmodi profectio bono communione, aut spirituali militum salutis utilis creditur, neque propriis ecclesiis est perniciosea.

III. Pralatos Ecclesiasticos temporalem iurisdictionem habentes, posse belli causam & executionem alicui a se constituto Duci committere, per se autem exequi regulariter non item; ex communione iuxta cap. Episcopum Ne clericis vel Monachis, in sexto, & Can. Igitur 2. 3. q. 8. Neque vero irregularitatem, idcirco incurruunt, licet nil protestentur.

IV. Quin etiam Clericos in quibusdam casibus licite pugnare, ut cum Caietae docent Valentia & Molina locis cit. Primo si constitutus in minoribus beneficium resignet, habitumq; & tonsuram dimittat, adeoq; statim mutet, ex Couarrua in Clementinam, si furiosus part. 2. §. 3. n. 2. Molina d. 108. Secundo ex Pontificis dispensatione, que absque causa rationabiliter facta, est quidem illicita, sed valida, iuxta Molinam ibidem. Tertio si opus sit eos hoc facere, ad defendendum bonum commune, puta Rempublicam, patriam &c. tunc enim etiam tenentur, iuxta Caietanum hic a. 2. & Molinam citatos. Quinto ad consecutionem iusta victoria, a qua bonum commune Ecclesiae notabiliter dependet; si videlicet alioqui Victoria talis sit desperata; vel grauiter certe periclitetur.

V. Clericos extra hos casus in bello pugnantes, si in sacris sint, peccare mortaliter, secundum ones, quia priuantur vsu ordinum, & recludi iubentur in monasterio, & si in bello moriantur, interdicitur, ne orationes vel oblationes pro eis sicut tametsi non priuantur Ecclesiastica sepulturam, ut patet ex capitulis citatis: probabiliter etiam est peccare mortaliter si in minoribus existentes beneficium habeant; veniam autem tantum, si alioquin in minoribus sint. Religiosi vero Laici tametsi forte mortaliter non peccent ita pugnando, secluso scandalo (ut quidam ferunt) tam sine dubio grauius peccant, quam Clerici in minoribus constituti, iuxta Molinam ibidem.

VI. Clericos, non solum quando licite pugnant, sed etiam alias, quando bello utiliter ad sunt, nisi aut paupertatis professione, aut ducis auctoritate prohibeantur, posse, ut alios milites, spolia ab hostibus capere, sibiique retinere, ut ex presumpta rationabiliter Principis facultate, & ipsa rei aequitate docet Molina; quicquid alij dubitent, & de presentibus, non pugnantibus neget Banes.

VII. Etsi Laicus in bello aggressivo, etiam iusto, aliquem occidens vel mutilans, aut propinquus ad alii

quem

quæ in particulari occidendum seu mutilandum cooperantur ab eo; sua culpa irregularitate contrahat; scimus in bello defensio iusto, vbi moderamen inculpatæ tutelæ non exceditur, ut cum Panormitanus, Innocentius, Ioannes Andreæ & Nauarro docet Suarez loc. cit. n. 1. & 2. Clericus tamē nunquam irregularis sit, quando vel in bello, vel extra bellum licite aliquæ occidit, vel mutilat, vt habet verior sententia, quæ sequitur Valentia citatus, Molina disp. 10. 9. & supponit S. Thomas hic, ybi ait: *Nulli, qui est deputatus ad aliquid officium, licet id per quod suo officio incongruum redditur; et si multi repugnent, speciatim Caietanus hic.*

VIII. Hoc esse discrimen inter bellum iustum & iniustum, quoad irregularitatem; quod in bello iusto, nec laicus, nec clericus, et si alioqui pugnando mortaliter peccans, eam incurrat, quantumvis virus aut plures occidunt, quamdiu ipsis proprijs manibus non occidunt vel mutilant, aut ad aliquæ in particulari occidendum propinquè cooperantur, vt post Panormitanus, Nauarrus, Couarruiæ, & alios docent Molina disp. 110. Suarez cit. n. 9. & 11. et si quoad Clericu illicite pugnantem, contrariu velut certu asserat Valentia: at in bello iniusto, si vel virus occidatur, aut mutiletur, omnes pugnantes, aut consilio vel auxilio ad bellandum efficaciter cooperantes, adeoq; etiā præsentes tantu ad sub fidum ferendum, tā Clerici, quā Laici irregularis fiunt, vt ex communione docent hic, Molina loc. cit. & alii, apud quos plura, plura tom. 4. de Irregularitate.

Quæritur secundo circa temp⁹, an etiā dieb⁹ festis bellare liceat. Respondetur, non solū virgente necessitate se aut Rem publicam defendendi; sed etiam oblatu commodiore occasione pugnandi & vincendi, licitum esse dieb⁹ festis pugnare, vt iuxta S. Thomā q. 40. a. 4. recte docent Caiet. Bann. Val. hic, Mol. d. 111. & colligitur ex c. liet, de ferijs & cap. si nulla 23. q. 8. Quin & p se dieb⁹ festis pugnare, non est mortale; modo sacrū non negligatur, si adit comoditas audiendi; quia pugnare non est op⁹ seruire; vnde etiā absq; veniali peccato bellum geri posset die festo, quando milites per id potius à peccatis retrahendi, quā, in pietatis studio impediendi viderentur, vt inquit Molina Capitulū vero illud 1. de treugā & pace, quod Christianis bellū etiā alijs quibulda temporibus interdict, non esse vnu receptū, notant Glossa & Panormitanus ibidem.

D V B I V M VII.

De rixa, duello, & seditione.

S. Thomas 2. 2. q. 41. & 42.

Breuerius, statuim⁹ sequentia. I. Pugnam exteriorē, si inter priuatatos fiat, absque condicō, ex subita ira, proprie vocari riham; si ex condicō, duellum; si inter ipsas communiones diuersas, bellū; si inter partes eiuldē Reipublicæ, aut inter Principem & Rem publicam, Seditionem; quamquā hoc nomine etiam ipsa pugna meditatio & machinatio, & seorsim facta coitio partium (vnde nomen accepit) pugnam spectans affici solet, iuxta S. Thomam q. 42. a. 1.

II. Rixam ex parte quidem aggressoris, esse contra charitatem, communiter etiam contra Iustitiam (si alter inuitus & per iniuriam ad pugnā pertrahatur) & quidem ex suo genere mortale; nisi indelibetatio, aut paruitas materia excusat, vt accidit inter pueros: qui ppteræ etiam communiter, licet inuasus

sit clericus, non incurru excommunicationē, vt rete notauit Valentia hic q. 17. pun. I.

Ex parte autem inuasus, si fiat per modum defensionis, cum moderamine inculpatæ tutelæ, per se non est peccatum, cum liceat cuiq; vim vi repellere, vthabetur in l. Vt vim ff. de Iustit. & iure, &c. Si vero i. de sentent. excommunic. Plura infra de homicidio.

III. Duellum itidē illicitum esse, nisi aut per modum iusti belli, vel instæ defensionis, etiā priuatæ suscipiatur (vbi alijs modus comodior se tuendi non suppetit) puta ad effugiendā iniustā mortem, matilationē, vel grauissimā honoris aut bonorum iacturam, cui nimis euitandæ recte quis le mortis periculo obijicit. Ita Nauarrus cap. 11. Petrus Nauarrus lib. 2. de restitu. cap. 3. q. 1. n. 8. Sotus de Iusticia q. 1. a. 8. Valentia hic q. 17 p. 1. SaV. Duellū, Ratio est: quia licitū est se suaq; defendere, etiā cum periculo Vitæ, & interitu iniusti inuasoris, vbi non est alijs mod⁹ se defendendi; et si nonnulli negent, pro honoris defensione posse duellum suscipi.

Hoc quidem in confessu est, ob solam ignominiam illā quā ex refutatione duelli incurri putant insipientes, neminem posse aut debere duellū suscipere: satis enim defenditur honor, si quis dicat, se quidem ad sui defensionem necessariā paratum semper; attamen infame duellum (vt mox dicitur) adeo diuinis & humanis legibus aduersum suscipere nolle, vt ex communione recte docent Bannes q. 41. a. 1. & Valentia loc. cit. qui particulares casusliciti duelli fuisse prosequuntur.

Ex quibus eriam per se vniuersim damnare non audeo, quod more & iure bellico quibusdam locis receptum esse dicunt; vt similites duo capitale facinus admiserint, iubantur à Duce de seipso pœnam hac ratione exposcere, vt nimis certo modo & ritu duello congressi tristis armis confligant; cū periculo quidem vita triusq; , sed ita tamē vt vel virus, vel subinde etiam vterq; viuus euadat. Sicut enim in simili casu sœpe iubetur à Duce, vt virus alterius (prout sors tulerit) siue per suspensiū, siue per trajectio[n]em sclopi, carnifex existat: ita pari modo etiam per duelli susceptionē id ipsum fieri posse videtur. Et quia de vita agitur, non difficile est, vt secluso odio & rancore ab utroque intendatur sola iustitia ac vita propria incolumentas.

IV. Pœna illiciti duelli, præter alias grauissimas vt infamiam perpetuam, parentiam Ecclesiastice sepulturæ, si quis in duello moriatur &c. est etiā excommunicatione ipso facto incurrenda, ex concilio Trident. sess. 25. c. 19. de reformatione, & quidē Papæ reseruata, si fiat cum publica solennitate, videlicet cum patribus & chartulis prouocatorijs, ex propria Bulla Pij IV. Secus si duellum sit tantū priuatū iuxta Bullam Gregorij XIII. qui excommunicatione concilij Tridentini etiam ad priuatū duellū extendit, vt cum Nauarro docet Suarez tom. 5. d. 23. sect. 3. n. 11.

V. Eandem excommunicationis pœnam (& fere alias supradictas) eodemque modo incurru locum concedentes (etiam Imperator, Rex, aut Princeps sit) fautores, patroni, patrini, consulentes, auxiliantes, spectatores ex composito; ex citatis iuribus, & Bulla Clementis VIII. super eadem re: quin etiam isti, licet pugna non sequatur, si tandem per eos non steterit, quo minus sequeretur excom-